


Jakob Carmon

Ad Magnum Natalem Serenissimi Principis Ac Domini, Domini Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Mecklenburgici ... Inter Tripudia Seculi Lutherani Feliciter Recurrentem Tertio Abhinc die XXVI. Novembr. ... Mixto Discursv De Prærogativis Principis Lutherani Inter Harmonicos Conventus ... Celebrandum ... invitat Jacobus Carmon, D. P. P.


Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], [1717?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1013586255>

Abstract: Feier der Universität Rostock zum 200. Jahrestages der Reformation

Druck Freier  Zugang






Bibl.
Schol. Gustrov.

1836.

~~Mk 310.~~

Mk - 7775.





AD
MAGNUM NATALEM
SERENISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI,
DOMINI **C**AROLI
LEOPOLDI,

DUCIS REGNANTIS MECKLENBURGICI,
PRINCIPIS VETUSTÆ GENTIS HENETÆ, SVERINI ET RACEBUR-
GI, COMITIS ITEM SVERINENSIS TERRARUM ROSTO-
CHI ET STARGARDIÆ DYNASTÆ, ACADEMIÆ HUIUS
PATRONI ET CANCELLARIJ MAGNI-
FICENTISSMI,

DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI
INTER TRIPUDIA SEculi LUTHERANI

FELICITER RECURRENTEM
TERTIO ABHINC DIE XXVI. NOVEMBR.

HORA X. MATUT.
IN AUDITORIO MAXIMO
MIXTO DISCURSU

DE

PRÆROGATIVIS PRINCIPIS
LUTHERANI

INTER HARMONICOS CONCENTUS

DEVOTISSIME CELEBRANDUM

Magnificum DN. RECTOREM, Illustris Regiminis
& Utriusque Magistratus Proceres, omnium Facul-
tatum Doctores, Verbi D. Ministros, Philos. Magi-
stros, Studiosorum Coronam, omnesque Litera-
tos, Titulis suis conspicuos, submissè &
officiôsè invitat

JACOBUS CARMON, D. P. P.

Rostochii Typis JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.

42.



Us circa sacra, tanquam insepara-
bile annexum *JURIS MAJE-*
STATICI sive *SUPERIORITA-*
TIS, ut vocant, *TERRITORIALIS*,
summum Protestantium *PRINCI-*
PUM esse Regale, PHILIPPUS MAGNA-
NIMUS, Hassiæ LANDGRAFIUS, devotiss. Recordatione
optimè judicavit. *

Quippe omnis Ævi Annales veritatem Di-
cteri solennis agnoscunt: *Cujus est Regio, Illius*
etiam Religio. Hinc MOYSI obedientiam præ-
stabat AARON, & PRUDENTISSIMUS REGUM. Tem-
plum Hierosolymitanum magnifico opere à se
ædificatum, IPSE precibus ad DEUM fufis Ma-
ctatisque hostiis & omni ritu sacro inauguravit,
constititque miraculosâ nube & tenebris, qui-
bus impleta Ædes erat, Acta Regis SUMMO NUMINI
non displicuisse, quippe à Quo curâ utriusque
Tabulæ Regnantibus est injuncta. **

Neq; primis Ecclesiæ Christianæ temporibus
in N. T. cum Imperatores curam Ejus gerere
coeperunt, alius Regiminis Modus innotuit. Sic
CONSTANTINUS M. Propriâ Auctoritate coëgit
CONCILIUM NICÆNUM, cui Ipse præfuit & Epi-
scopos ARIUM, EUSEBIUM & THEOGNIDEM, in exili-
um ire jussit, rationemque ab Episcopis exegit.

Secutus est Hujus vestigia JUSTINIANUS
Noster, eò, quod ad Monitum l. 3. C. de Aleat.
Non

* AUT. des Z. Reichstaats. T. 1. p. m. 117. §. 2. ** DEUT. XVII:
18. 19; *** OLDENB. ad J.P.O. p. m. 147.

(Non solum, inqviens, bella ordinamus, sed etiam
res Sacras,) constituerit, quæ Religio sit servan-
da & quomodo. L. 1. seqq. C. de Summa Tri-
nit. Quid obtineat in Episcopis & Clericis t. t. C. h.
Quenam scripturæ Interpretatio sumenda. Nov.
146. & quæ alia. Ipsi verò Episcopis non
Jurisdictionem, sed EPISCOPALEM tantum AU-
DIENTIAM concesserit. t. t. C. de Episc. Aud.

Imò Ipsi Canones CAROLO M. potestatem
sacrorum concedunt. c. 22. D. 63. & c. 41.
2. qv. 7.

Duravit forma hujus Imperii etiam apud
Imperatores Occidentales, ad tempora us-
que CAROLINGORUM, sub quibus Autori-
tas fastigii Papalis adeò intumuit, ut, sub
prætenso VICARII Titulo, Juribus his pau-
latim Eisdem exarmaverit: Donec SA-
CRORUM directio in solidum Reipublicæ
Germanicæ eriperetur, ætate potiss. HEN-
RICI IV. Imper. artibus HILDEBRANDI s.
GREGORII VII. P. M.

Qualis Injuria quanto Exitio extiterit
Corpori Universo Imperantium, recensere
Nemini integrum. Unde de Morbi medela,
plus vice simplici, sed sine Effectu cogita-
tum.

Monstravit tandem, quæ D. O. M. Be-
nignitas erat, viam ex ergastulo semet sub-
ducendi, Magno Reformationis Opere, D.
LUTHERUS, Cujus sacra dogmata eo qui-
dem

dem successu tuiti sunt **PROTESTANTES**, ut
Jus omne Transactione **PACIS RELIGIOSÆ**,
INSTRUMENTO P. O. & CAPITULATIONIBUS CÆ-
SAREIS, postliminii Jure, **ILLIS felicissimè sit**
restitutum.

Quod, ubi inter ferventem adhuc **MEGA-**
LANDRI Memoriam, cum aliis Prærogativis
STATUUM EVANGELICORUM, in recurrente Ma-
gno **NATALI SERENISSIMI NOSTRI**
NUTRITII & DOMINI CLEMENTISSI-
MI, pluribus, pro modulo, deducere ani-
mus sit. **MAGNIFICUM DN. RECTOREM**,
JLLUSTRIS REGIMINIS DUCALIS, **UTRIUSQVE MAGI-**
STRATUS PROCERES & CIVES, **OMNESQVE ERUDITOS**
HORUMQVE FAUTORES, quo par est obsequio
& humanitate invitatos volo, ut die Præscri-
pto, Auditorium solenne mecum concedant,
Juxta exsoluturi **AUGUSTIS NATALIBUS**,
Intermistis calidissimis votis, pro Conserva-
tione & æterna salute **SACRATISSIMI NO-**
STRI PRINCIPIS EJUSQVE DOMUS
MECKLENBURGICÆ, Regiis Radiis ab O-
rigine sua in hunc usque diem & sic in æter-
num corruscantis. Tantisper enim renova-
ta **UNCTI NOSTRI** Clementia nos reficiet,
dum nostra erga **EUNDEM** pietas
non deficiet.


ROSTOCHII, D. XXIV. NOVEMBR.
ANNO MDCCXXII.


•(•)•


Jo-
del-
en?


en

ms
ude
ach.
ha-
nei.
Ju-
ret/
ar-
tiet
an
vie-
dein
den/
Ro-
und
gen
je-
iner
zen/
det:
set-
ste
ing
ben
uch
reib
Ge-
dem
n









Als
An dem
Erfreulichem Fe
Des
JUBILAEI
LUTHERANI

Welches
Zum Zwentennahl gefeyr
wurde/

Der
Decanus Facultatis Medicæ
D. GEORGIUS
THARDING,

Zur mehrerer Celebrirung ein
SOLENNE ORATI

Den III. Novembr. Anno MDCCXVII.
Im grossen AUDITORIO hielt

Ward
Zur Vermehrung der Freude f
ARIE

Vor / zwischen und nach gehaltenen / Rede
abgesungen.

ROSDORF /
Gedruckt bey Niclas Schwiegerau / E. E. Nahts Buchdrucker.

21.

